UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO || Mechliniensi Au/||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||

Varennius, Joannes

Basileae, 1536

VD16 V 385

Αμφι.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69674

Visual Library

facere. περὶ πλείστου ποιεῖσθαι ἁπάντων, omniũ maximi facere. περὶ οὐδενὸς ποιεῖσθαι, nihili facere. Quod etiam fit cum uerbo ſubſtantiuo, περὶ πολλοῦ ἡμῖν τυγχάνει ὤν, magni fit apud nos. Quandoq; etiam fit cum alijs quibuſdam uerbis, περὶ οὐδενὸς ἡγοῦντο, pro nihilo ducebant.

Cum accuſatiuo ſignificat circum, iuxta. περὶ ἅλα, καὶ κύαμον, circa ſalem & fabam, περὶ θύρας, circa fores. περὶ ὅ, quocirca. Verum illa, περὶ δουρί, περὶ πύργῳ, circũ haſtã, circũ turrim, Poética ſunt.

ἈΜΦΊ.

Ἀμφί conſtruitur eiſdẽ caſibus, quibus περὶ, & idem quod περὶ ſignificat. Dicitur tamen ἀμφ' αὐτῷ, pro illo, ſiue illius cauſa.

ἈΠΌ.

Ἀπό ſemper cum genitiuo. ἀπὸ σκοπιᾶς, è ſpecula. ἀπὸ κώπης, à remo. ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων, à bis ſeptem undis. ἀπὸ θήρας λύκου, à uenatu lupi. ἀπὸ βαλβίδων, à repagulis. ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, ἀπὸ γλώττης εἰπεῖν, memoriter recitare. ἀπὸ τῆς ἴσης οὐσίας, ex æquis uiribus.